

vel interiori qualitate informato. Contra hoc est, quia sensus ex se petit determinatos gradus qualitatibus, ut sub paucioribus nequeat reperiri, ergo qualitas remissior his gradibus non erit per se sensibilis, nam quod est per se sensibile, requirit sensum potentem illud percipere, modo nullus sensus daretur, qui posset percipere qualitatem illam remissam, quia nullus existeret potest sub remissior. Tum 2. sensus externi non sunt præcisi, ergo quando calor ut odor immittit species in manum calidam ut suavitatem, manus non solum percipit quatuor gradus, sed et quibus excedit, sed etiam primum, & secundum, aliter ab illis præciseretur, ergo omnes, & singulos gradus percipit, non exuperantiam tantum. Tum 3. sequeretur sensum tunc non posse percipere delectationem de proprio objecto, sed tantum dolorem, prob. seq. quia voluptas, & delectatio habetur in perceptione objecti proportionati potentie, dolor in perceptione objecti excedentis proportionem illam, ergo si solas exuperantias agnoscat, solum dolorem haberet de objecto, nunquam delectationem.

203 Resp. ad 1. si teneatur prima via, quod solum sentiatur exuperantia primarum qualitatium, patet responso, cur non possit qualitas remissa immittere species, quia scilicet nequit realiter agere, at tunc secunda via, dicitur ex se posse speciem causare, si organum non est impedimentum a simili qualitate, quod patet, quia si ex extrinseco temperamento organi remitteretur, statim qualitas illa produceret species; Ad id, quod additur, quod qualitas remissior temperamento minimo organi esse prolixius sensibilis, dicitur argere alferentem gradus qualitatibus esse archetypogenos, eo quia si terminus parvitas temperamenti tactus esset v.g. calor ut unum, jam primus gradus caloris a nullo sensu percipi posset, at quoniam gradus qualitatibus sunt homogenei ex dictis disp. de Genere accidentis, quod quatuor gradus caloris, quia poterat esse ultimus, & sic percipi a sensu. Ad 2. præcisio tunc fit, quando unum ab alio abstrahitur, vel præcisio fit consideratione, dummodo tamen utrumque cadat sub consideratione potentie præcipientis, aliter visus percipiendo colorem lactis non cognoscendo dulcedinem, præciseretur, & in hoc sensu soli intellectui convenit; non sic evenit in calu, quia quando sensus percipit exuperantiam, non attingit solummodo gradus excedentes, illi enim ut sic non excedunt, ut si v.g. organum esset calidum ut quatuor, lapsus ut quinque, organum non attingit solummodo quintum gradum, quia quatuor gradus ut sic non est aliud, quam unus gradus remissior gradibus organi, sed statim ut quatuor, sed totus calor ut quatuor, immutat sensum, & totus calor dicitur excedere calorem organi, verum est, quod si non est quintus gradus, quia tunc esset æqualis calori organi, non sentiretur, & idem accidit in actione reali. Ad 3. non quælibet exuperantia est potentie improporcionata, sed quæ solum lædit potentiam, ut explicabimus seq. idcirco poterit sensus percipere non solum dolorem, sed etiam delectationem a sensatione objecti.

204 Tercio, principaliter queri solet, num objectum tactus ad rationem concurrat immediate, an verò per speciem; quod immediate concurrat docent Tol. 3. de An. q. 2. Val. lib. 2. contr. medic. penult. Hurt. disp. 12. de An. sed. 1. Arraza disp. sed. 1. subsect. 5. qui duo idem asserunt de objecto gustus, & olfactus. Vera, & communior sententia species quoque admittit in sensu tactus, & consequenter etiam in gustu, & olfactu, quæ opinio quando est communior, tanto est difficilioris probationis, unde Doctores potius illam supponit, quam probet, ita in 4. d. 4. q. 3. & lib. de An. q. 4. & 5. docet tam illam Arisl. 2. de An. 121. & seq. Solet probari, quia objectum, cum sit nimis rarum, nequit immediate concurrere ad sensationem, quæ est immaterialior. Secundo, quia sensibile positum supra sensum non facit sensationem. Tercio, quia potentia est indeterminata ad plures gradus producendos, ergo circa talem adum determinari debet ab objecto, non sufficit autem extrinseca determinatio per assentiam, quia sic intrinsece potentia esset adhuc indeterminata, & consequenter non posset in adum exire, ergo requiritur species Quarto, qui potentia vitales cognoscitivæ, non solum sunt activæ, sed etiam passivæ, quia scilicet pariuntur ab objectis, quod non est intelligendum de actione aliqua reali, ergo intentionali, propter immisionem specierum; assumptum prob. quia potentia vitales cognoscitivæ per hoc a vitalibus non cognoscitivis distinguuntur, quod illæ feruntur ad sua objecta, illæ trahunt ad ea objecta, quod est recipere in se objectum per speciem. Quinto, quia cognitio est quadam partus proveniens a potentia, ut a femina, ab objecto, ut a viro, ergo sicut femina, non solum activè ad prolem concipit, sed prius patitur a viro recipiendo semen, ita potentia prius patitur ab objecto recipiendo speciem, quæ est in semine objecti. Sexto, adus potentie est similitudo objecti, ergo debet provenire a potentia in adu primo assimilata objecto, quod nequit esse, nisi speciem in se reciperet. Septimo, operatio vitalis de sua ratione formalis petit fieri a principio intrinseco, & fit intra idem principium, cum fit actio immanens; hoc autem principium non est sola potentia, sed etiam objectum, ergo ante operationem hæc duo intus uniri debent ut unum quasi compenetratum fiat principium, in quo residaet operatio, hoc autem nequit fieri, nisi objectum sit præsens intus ipsi potentie, & patet, quod unio per contactum non facit hanc unitatem principii, ergo necessario species debet ineffe potentie. Hæc sunt rationes principales, quibus Doctores probant necessitatem specierum, vel in communi, vel sensibilibus, adunt alia, quæ specialiter faciunt pro intelligibilibus, de quibus disp. seq. q. 4. ar. 1.

205 Sed certè nullæ his rationibus concludit, vel æquè demonstrat quælibet etiam in cognitione intuitiva intellectiva necessario speciem intervenire, quod esse falsum ostendimus disp. seq. q.

4. ar. 2. Prima, & secunda ratio soluta fuit supra n. 172. tertia, disp. seq. q. 4. ar. 1. quarta, non valet, nam assumptum negaretur, quod potentia vitales cognoscitivæ patiatur ab objectis, & cum probatur, diceretur, quod in tantum dicitur trahere ad se objecta, quia per proprios adus illa intra se exprimit, illi quoque intentionali, ter assimilantur per cognitionem, non quod aliquid ab objectis recipiant, nam species sensibiles secundum communione totaliter sunt ab objecto, unde cum potentia non concurrat activè, non poterat dici ad se trahere objectum per receptionem speciei, quia trahere infinitam actionem quandam, receptio autem est mera passio, & conclusenter etiam de cognitione intuitiva intellectuali. Quinta de eadem quoque concluditur; nec urget, quia similitudo consistit in hoc, quod sicut mas, & femina sunt due causæ subordinatæ ad producendam prolem, sic objectum, & potentia, aliter sequeretur, quod sicut mas est principalis causa, sic objectum principalis concurreret, quod est falsum; Tum quia si objectum principalis concurreret, quod est aliens, quia tunc aliquid dari debet supplens vices illius, at quando est præsens, non videtur necessaria species. Sexta quoque concluditur de eadem cognitione; dicitur igitur potentiam in actu primo esse sufficienter assimilantam per præsentiam objecti in se concurrentis cum ipsa ad adum, neque aliquid exigitur, nam assimilatio in causa æquivoca non est formalis, sed virtualis, idest supponi debet in causa virtus productiva speciei, hæc virtus verè est in potentia, & objecto absque specie. Septima, quæ est Ruvii tract. de gustu q. 1. nil valet, nam disp. 2. q. 3. diximus adum vitalem posse transcurrere efficit, tum quia si vitæ, quod infit principio vitali operanti, ubi enim negat essentiam divinam intuitivè per speciem videt, eo quia essentia divina est intuitivè præsens intellectui beato, & tamen non est dicendum vitæ beatam subjective inherere in principio incompleto ex intellectu, & essentia divina, sed solum in intellectu, essentia enim nequit recipere in se actus creaturæ; hinc assumptum est falsum; alias rationes consultabimus disp. seq. citat.

206 Ut igitur hæc conclusionem aliquæ alteri probemus, advertendum id, quod ex Scot. 1. d. 7. q. 1. v. notavimus disp. 7. Phys. q. 6. ar. 2. quod scilicet nequit assignari certæ ratio, quæ demonstrat a priori formam aliquam esse productivam aliquid effectus, vel non esse, hæc enim maximè esse perfectio entitativa, quæ tamen nihil concludit, cum multæ forme mixtorum non sint activæ æqualis similis, & tamen forme elementares imperfectiores habent talem activitatem. Insuper not. ex dictis ibid. ar. 3. quod licet aliqua forma fit productiva forme alterius rationis, non ideo debemus inferre esse quoque causativam effectus æquivoci ab illa producibilis, ut v.g. forma substantialis est productiva gravitatis, quæ est causativa impulsus, & motus dorsum, ex hoc quod gravitas concitatur in virtute forme substantialis, non sequitur etiam impulsus, & motum dorsum immediate contineri in virtute substantialis forme, sed solum mediatè.

207 Probat modo conclusio, quod tactus fit immediate per speciem, contingit aliquando tactum fieri per speciem, ergo semper fit per speciem; ant. prob. contingit aliquando objectum tactus habere medium extrinsecum, ut diximus n. 108. ergo quandoque fit per species, ista cons. prob. quia idem per adversarios negatur tactum fieri per species, quia objectum est valde approximatum potentie, ita ut sit contiguum cum illa, & eadem ratione requiritur species in visu, & auditu, quia objectum est diffusum, ergo si objectum tactus quandoque est diffusum, causabile species ad sui tactum. Tum quia si semel admittimus objectum diffusum posse immediate concurrere ad sensationem, idem debemus asserere in visu & auditu, & sic universaliter omnes species negare, est contra experientiam; Conf. primi entimæmetis prob. si semel admittimus in objecto tangibilis virtutem productivam specierum, debemus etiam asserere illas semper producere, etiam quando est contiguum potentie, quia etiam tunc est agens naturale non impeditum, & consequenter non concurrere immediate ad sensationem, sed mediatè specie; patet ita cons. nam si adest species, quæ est sufficiens causa sensationis cum potentia, ad quod ponere novum concurrens effectus certè vel concurrens effectus, vel objecti esset superfluum. Tum quia si admittimus potentiam activam sensationis immediatè in objecto, debemus etiam asserere, quæ quando est diffusum, immediate concurrere, & sic species non concurreret activè, sed solum tanquam effectus prævis, quod disp. præc. quæ ut restituvimus; seq. prob. quia distantia non impedit actionem, cum possit agens agere immediate in diffusum, dummodo sit intra spheram activitatis, ergo sicut potest objectum causare in potentia species proprias, poterit etiam causare sensationem immediate, satis enim intelligitur approximatum potentie, si fit in debita distantia, quod possit in illam agere.

208 Ex his debemus idem inferre de odore, scilicet quod etiam approximatum potentie, fit causativus solus speciei, nec sensationis, quia etiam odor immittit species, & quandoque fit per medium extrinsecum. Idem quoque dicendum de sono, etiam quando fit prope organum absque medio. Et tandem idem de gustu erit concedendum, eo quia licet non habeat medium externum, tamen attamen sufficienter hoc videtur concludi ex paritate rationibus cum ceteris externis sensibus; nam si cetera objecta sensibilia agunt per species in sensum, non est, cur sapor hoc erit denegandum, eo vel maxime, quod contiguitas cum organo inseri immediate actionem in sensationem, ut dictum est. Quapropter a posteriori concludendum est, nullum objectum sensibile immediate concurrere ad sensationem,

nem, sed mediatè species dici voluit, vires gerens, & semen, sed instrumentum objecti. Accedit autoritas tot Philosophorum, tum veterum, tum recentiorum, quæ in re dubia magni æstimanda est.

Contra potest argui, quia objectum sensibile potest immediate concurrere ad intellectionem intuitivam sui secundum nostram principia, & dicitur disp. seq. q. 4. ar. 2. ergo multo magis poterit immediate concurrere ad sensationem, vel si ad hæc requiritur species media, idem dicendum in cognitione intuitiva intellectiva, ut asserit Smilinch. Tum 2. species requiritur ut vicaria objecti, & ut suppleat vel illius absentiam, aut improporcionem, sed objectum tactus neque distat, neque est improporcionatum potentie, ergo &c. Nec valet, quod dicitur objectum esse præsens in esse reali, non in esse intentionali; Non valet, quia esse intentionali ter præsens est habere proportionatam virtutem ad causas intentionales sensationes, sed objectum secundum propriam naturam habet talem virtutem, ergo si est præsens secundum esse reale, erit etiam præsens secundum esse intentionale.

209 Resp. ad r. negando paritatem, cuius ratio a posteriori assignari potest ex differentia speciei sensibilis, & intelligibilis, illa enim dependet in fieri, & conservari ab objecto, unde rapim transit, nec potest repræsentare objectum, nisi præsens, at intelligibilis non pendet in conservari ab objecto, elibet indelebilis, quia ratione repræsentat objectum, sive præsens, sive absens, & consequenter nequit concurrere ad intuitivam cognitionem, sed objectum debet concurrere immediate, species verò sensibilis potest concurrere, ut dicitur disp. seq. q. 11. quod autem non detur species intelligibilis rapim transiens ostendimus contra Smilinch. disp. seq. q. 4. ar. 2. Ad 2. species dicitur vicaria, & supplee vices objecti, eo quia species supplet virtutem productivam objecti respectu sensationis, ita ut objectum in se verè habeat talem vim, sed dicitur vicaria, quia ipsa mediatè objectum dicitur concurrere ad sensationem, & in hoc sensu potest concedi, objectum, quamvis potentie contiguum, non esse præsens intentionali ter potentie, quia in se non includit virtutem productivam intentionalem sensationum, sed tantum specierum; ut ad eum agnoscimus a posteriori, ut patet ex probatione concl. Neque ex hoc, quod objectum potest fieri causale, sequitur posse quoque concurrere ad sensationem, sicut concurret species, ut notavimus n. 106.

Potes, unde in quibusdam partibus a tactu oritur stillatio? Respondent Conimbr. in stillatione duo inventiri, horrorem scilicet quandam, quo reusignus attractionem, & permixtam aliquam voluptatem, quæ accidit in his partibus corporis, in quibus est acerrimus sensus, quia ibi arteriæ multæ terminantur; ut sub axillis, & plantis, ad has omnes partes cum attractione manus aliquantum rarefuit, solent accurrere spiritus, & copia materie prurientis, quæ causat voluptatem.

QUESTIO VII.

Explicandæ quadam generaliter perinentiæ ad sensus externos.

210 PRIMO queritur de omnibus externis sensibus, nam excellentissimum sensibile lædat sensum; Circa quam difficultatem certum est, sensum esse etiam, læsionem hanc præcipue fieri in organo sensus, cum enim fit corpus quoddam mixtum, & ut organum explicat determinatum temperamentum, poterit per alterationem delstrui temperamentum illud, vel ex parte alterari, & consequenter impedire operationem sensationis, hoc ab organo dependet tanquam a causa partiali; certum etiam est alterationem istam effici ab objecto, ut ens quoddam naturale est, seu ut est agens per qualitates naturales, & contrarias, ut sunt præ: sola difficultas remanet, num etiam ut est agens intentionale, seu ut species sensibilis producit, posse sensum corrumpere; negat Ruvius 2. de An. c. 11. q. un. & Jo. de S. Tho. quæ 4. ar. 2. affirmant Gajet. 2. de An. d. text. 123. & 143. Ferrara. q. 2. r. Aquar. ib. Toll. lib. 3. q. 4. Bannes. 1. p. q. 78. ar. 3. de sensibus in com. dub. 5. Compl. disp. q. 4.

211 Dicendum objectum sensibile, ut sic, idest, ut immittit intentionales species, posse lædere sensum, non quidem per se, sed per accidens; ita colligitur ex Scot. 2. d. 3. q. 8. ad 3. & 4. d. 4. q. 3. & d. 4. q. 13. ad 2. & habetur 2. de An. 121. Prima pars, quod ut agens intentionale possit lædere sensum, probat, quia lux, & albedo intus digregant visum, ipsumque labefaciunt; vehementius lædit auditum, sed hoc nequeunt præstare, nisi per species, ergo &c. min. probat, quia si non per species causarent hos effectus, maxime esset, quia ut ait Ruvius, lux est causativa caloris, albedo licet ex se non habeat talem virtutem, attamen major lucis reflexio fit in albedine, quam in nigredine, aut alio colore, & propter illam reflexionem intensiorem interiore calor producit in medio, qui est læsius organi visus. Vehemens sonus lædit auditum, quia propter propinquitatem aer valde agitat pertingit ad aures, commovet, & conturbat tali commotione organum auditus. Sed istæ responsiones non salvant experientiam. Pro primo de luce, quod non est ex sua ratione formalis causativa caloris, ut ostendimus disp. 2. de Cælo n. 239, & 240. Tum quia hoc etiam admisso, non salvatur experientia de albedine, rem producere, quin in intensus fit frigus productum à nive in hyeme, & tamen adhuc albedo in nive valde lædit organum visus, ergo non rationes caloris, sed ex causa albedo est digregativa visus, tum

quia hæc est passio albedinis, ergo ab intrinseco illi convenit, non ab extrinseco, & per accidens. Similiter agitato illa aeris in sono facta v.g. a tubicæ non est tam vehemens, (maximè si homo esset in cubiculo undequaque clauso, & sonus fortis fieri) ut excedat agitationem aeris a turbine, & impetuosius ventis cautam, & tamen hæc non lædit auditum, ergo sonus non ratione motus aeris, sed propriarum specierum offendit organum. Tum quia vehemens sonus non tantum lædit organum, sed dolorem capitis causat, ergo si hoc eveniret propter commotionem aeris, quamvis in surdo non esset organi læsio, quia iam est corruptum, debet tamen sonus ingens in illum dolorem capitis inferre, quod est contra experientiam.

212 Quod autem non fit causa per se huius læsionis, Probat, quia organum sensus læditur, quatenus destruitur proprium temperamentum primarum qualitatium, sed nullum objectum ut tale est destructivum primarum qualitatium per se, & immediate, ergo &c. Major patet, min. prob. quia objectum vel est conveniens, vel disconveniens sensui, si primum, constat non lædere organum, perfectio enim construit, non destruit; si secundum, adhuc non opponitur per se, & immediate primis qualitatibus, quia notat Doct. 4. d. 4. q. 3. E. cum una qualitate in esse reali potest dari species, & sentatio alterius oppositæ, etiam in summo, ut patet de manu nive congelata, & igni applicata, in qua reperitur frigus in summo, & sentatio valida caloris. Tum quia unum contrarium nonnulli ab altero contrario expellitur, ergo primæ qualitates solum inter se pugnant, ergo per se, & immediate non destruntur a sensationibus, vel sensibilibus speciebus; quod si hoc est verum in senta tactu, ubi videtur major repugnantia inter primas qualitates in esse reali, & species ipsarum sensibiles, multo magis verificabitur in aliis sensibus, quorum species repræsentant qualitates secundas. Ratio ergo, cur objectum disconveniens delstrui temperamentum organi, est, quia objectum excellens, & disconveniens, vel causat vehementem dolorem, ut notat Doct. cit. qui dicit destruit saltem indirectè connaturale temperamentum; vel quia propter illud excellentiam requirit maximam potentiam applicationem, ad quam requiritur maximus spirituum concursus, qui excellivo calore alterat proprium organi temperamentum, & hoc forte voluerunt alferere authores primæ sententiæ, & possent hæc duæ opiniones inter se conciliari.

213 Dices, manus congelata cum dolore calefit, & tamen calor est illi conveniens, ergo non solum objectum disconveniens, sed etiam conveniens lædit sensum. Resp. licet calor sit tunc manus conveniens, modus tamen, quo introductus, est violentus, & cum pugna propter frigus intantum exillens, & hæc ratione causat dolorem. Dices etiam, tenebras in hoc sensu dici posse per accidens lædere sensum, quatenus ad oculum exillitentem in tenebris nihil videntem nullus fit concursus spirituum, qui suo calore foveant organum, & consequenter fit læsio ex nimia frigoris intensione, unde dia in clusu in obscuro loco, si rependit decuratur ad lucem, obsecratur, & tamen major est læsio, quæ provenit ab objecto, quam à tenebris, ergo si ista est per accidens, illa erit per se. Resp. læsionem a tenebris causatam esse magis per accidens, tum quia ex recessu caloris, tum quia tenebræ non sunt entia positiva, at objectum excellens & est causa concursus spirituum, & spiritus propria activitate agunt in organum.

Secundo, queri solet, num sensibile positum supra sensum impedit sensationem, & est sermo non de qualitate inherente organo, sed de adherente, seu in corpore contiguo sensui exillente, ut cum manus tangit aquam. Prima opinio satis communis apud Thomistas affirmativa, & universalis de omnibus externis sensibus. Ab hac propositione Suarez lib. 3. de An. c. 27. & Conimbr. 2. de An. c. 11. q. 3. excipiunt gustum, & tactum: Ruvius 3. de An. c. 11. q. 3. excipit etiam olfactum. Tandem Averis in lib. de An. q. 4. quem sequuntur Tol. 3. de An. c. 10. q. 2. & Averis quæ 14. agendo de medio singularum sensuum excipit quoque auditum, & solum visum ait per se indigere medio ad videndum objectum, maxime colorem.

214 Hæc sententia de visu probat, a Scoto, quia ut calor percipitur, indiget lumine ex dictis quæ 2. ar. 4. similiter potentia debet esse illuminata, at si objectum supereroretur oculo, jam obumbraret tum oculum, quam objectum, ergo impediret visum; de lumine autem non est tam clarum, an necessarium sit medium, quia potest esse, quod fulgor in tenebris visus, non immediate propè pupillam exillat, sed in aliqua tunica, inter quam, & pupillam mediet aliquis humor. De aliis sensibus, quod necessario non indigent medio, sed si supererorentur organo, percipiuntur, patet inductione ex dictis, nam sonus in aere transit, ut patet de tinnitu, & sibi intra organum ipsius; odor per evaporationem potest immediate uniri processibus mamillaribus, de sapore, & qualitatibus tangibilibus res est clara, quod omnia locis declaravimus.

Sed præcipue ostenditur evertendo fundamenta Thomistarum; nam primo probant hæc propositionem esse universaliter veram, eo quia sensibile positum supra sensum impedit sensationem, quia inter species, & sensum, ut fiat sentatio, debet esse proportio, ita ut potentia valde accedat immaterialitatem, sic etiam species debet esse immateriales, quæ statim ab objecto producent, licet sint immateriales, & minus crasse ipso objecto, attamen non sunt ita immateriales, sicut potentia sensitiva, quæ est immaterialior non solum formis naturalibus, quæ impliciter dant esse, sed etiam anima vegetativa, ergo indigent medio, in quo species veluti subsistentur,

Et attentur, & juxta majorem, vel minorem sensus immaterialitatem, indiget majori, vel minorimedio, in quo crassitiam deponat.

215 Hæc ratio proprie consistit in quodam verborum apparatu, & multa continet falla, & sine fundamento asserta: nam in primis urgetur ex hoc, quod obiectum valde materiale potest immixtum concurrere ad sui intuitivam cognitionem cum intellectu, quæ est potentia verè immaterialis, ergo non requiritur hæc proportio inter speciem, & potentiam, & potentiam immaterialis, dum statim in quo consistit hæc major crassitas, quam habet species, dum statim exit ab obiecto, & deinde amittit per medium, nisi dicatur cum Compl. disp. 9. qu. 2. esse, quod agens fortius agendo in propinquum, quam in distans potest speciem intensiorem in principio, remissio- rem in progressu; sed ista immaterialitas potius officit sensationi, quam juvet, ergo non est ad propositum; assumptum probat intentio in specie dictæ perfectionem, sicut & in qualibet alia forma accidentali, & è contra remissio dicitur imperfectionem, ergo ex hoc, quod species est remissior, non fit magis proportionata sensui, & magis potens ad constituendam sensationem; aliter quo species esset remissior, eo perfectus perciperet obiectum, & sic perfectus videretur, vel audiretur à longinquo, quam à proximo, quod est contra experientiam. Tum quia falsò intensio appellatur materialitas, & remissio immaterialitas, nam gratia ut decem esset imperfectior, quam gratia ut unum, quia hæc esset propter remissionem immaterialior. Tum quia ad hominem intensio, & remissio in qualitate secundum Thomam, non fit per additionem gradus ad gradum, sed per majorem, vel minorem radicationem in subiecto, ad forma est in æquè simplex, ergo idcirco species in organo erit subtilior, & immaterialior, quia non erit multum in subiecto radicata, quod poterit accidere, etiam si obiectum immediate, & primò immitteret speciem in organo, & ex alia parte voluit Thomam ex obiecto, seu specie, & potentia fieri magis unum, quam ex materia, & forma, unde species in sententia ipsorum erit semper valde radicata in potentia, & consequenter valde intensa, & materialis. Tandem quandoque medium est sola quedam tunica multum tenuis, ut patet in gustu, cibus enim humiditate alteratur poros linguæ & prope nervum exillit, non apparet autem, quo pacto species per medium tam exiguum, amittat tantam crassitiam, ut proportionata evadat potentia, & ut in ipsa tunica exillit, fit improporionata, & nimis crassa.

216 Deinde adhuc arguitur, quia si sensibile possum supra sensum possit causare sensationem, possit quoque inesse speciei sentiri. Probat, seq. quia species, ut immediate exit ab obiecto, non est magis immaterialis, quam fit ipsa immaterialitas obiecti in se, ergo possit quoque sensationi servire, sicut species; imò & sensus ipse possit se ipsum sentire causando in se speciem sui. Tum quia potentia sensitiva est perfectior potentia naturali, sed hæc requiritur indistantiam applicationis agentis ad passum, ergo potentia sensitiva est independens à tali indistantia. Accedit auctoritas Aristot. qui 2. Anim. 73. 98. & 116. aperte asserit sensibile possum supra sensum non sentiri; ita arguit Joann. de S. Thom. quest. 4. artic. 3.

217 Hæc quoque rationes nihil concludunt; & prima enim videtur committere circulum, nam existentiam specierum Thomam ut plurimum probat per istam propositionem, quod sensibile possum supra sensum non faciat sensationem, modo propositionem istam ostendunt per hoc, quod si sentiretur, frustra essent species; en quod circulum committunt. Quapropter neg. seq. quia ut diximus num. 216. non debet speciem existentia inferri ex hoc, quod obiectum distet à potentia, quia hæc distantia impertinens est, cum possit adhuc obiectum distans in proportione debita concurrere ad intellectionem intuitivam; nec est verum speciem esse æquè immateriali- lem cum obiecto, cum primò exit ab illo; nam species, cum sit entitas intentionalis, ex sua ratione formalis semper erit minus materialis obiecto. Neque tandem sequitur, posse sensum seipsum sentire, quia species fit actione transeunte, non immanenti, ut diximus supra. Secunda quoque ratio solum concluderet, potentiam non indigere indistantia ad operandum, sed posse cum obiecto distare debere distare. Magis urget auctoritas Arist. cui Avera qu. 12. sect. 3. 7. respondet, in text. 73. ipsum loqui de visis, cui est necessarium medium; in text. 98. de olfactu respectu corporis solidi odorosi, quod semper sentitur medii specibus; in text. 116. loqui de carne quatenus respectu organi principalis, dicitur medium, non organum; Sed re vera Arist. in text. 98. & 116. universaliter loquitur; quod magis patet ex text. 75. Doctor citat. ait intelligi debere de sensibili, prout actione reali agit in sentiat, ut sic enim non efficit sensationem, sed ut est agens intentionale. Alii, quod Aristot. intendat solum allere sensibile possum supra sensum, non idcirco propter hæc approximationem (quo casu maxime videtur ex se immediate posse concurrere ad sensationem) poterit sentiri, nisi species immittat, quæ debent cum potentia concurrere ad actum. Suarez explicat de sensibili inherente organo, non de contiguo. Quæ expositiones an sint de mente Aristotelis, videant, qui jurarunt in verba ipsius.

218 Tertio, dubitatur, num sensus externi percipiant proprios adus, quod est querere, num sint reflexivi supra seipsos; Proveniens p. 3. de sensib. cap. 2. affirmat, sed communis sententia negat, ita Doctor qu. 9. de An. & qu. 14. in fine, & prob. experientia ipsa, nunquam enim tactus reflectit supra tactum, nec auditus supra audi-

tionem, sed si aliquam cognitionem habemus de istis actibus, causatur à sensu communi, ut dicemus infra. Accedit, quod adus illi non continentur sub obiectis adequatis externorum sensuum, ut patet; tum quia si non sentit qualitatem sensibilem sibi inherentes, quæ tamen continentur sub obiectis adequatis, multo minus sentire potest proprios adus.

Dices, Aristot. de Anim. 138. docet visum esse videri, quia coloratus est; imò esse percipivum tenebræ, sicut auditus percipit silentium, ergo supra se reflectit, quod etiam videtur affirmare Scotus in 4. d. 4. 5. q. art. 1. in fine: respondet Cavellus super quest. de Anim. citat. visum cognoscere se non per reflexionem, sed in actu exercitio, seu non ut rem cognitat, sed ut rationem cognoscendi; verè enim cognoscimus oculum in otio non esse, sicut dum exillit in tenebris, at perfectè hoc cognoscere tanquam obiectum cognitionis ad sensum commune; hoc modo quoque dici poterit speciatim percipere tenebras, quatenus non percipimus lumen; exactus tamen hæc difficultas declarabitur, dum infra idem de sensibus internis inquiramus; vide Scot. p. 4. 3. K. in illa additione.

219 Quæritur, num sensus illi externi sint ejusdem perfectionis in homine, & in brutis, quoniam duplex est perfectio, alia proveniens ex natura, & quidditate, & dicitur specifica, & essentialis, alia proveniens ex conditionibus individuantiis, quæ dicitur accidentalis, & utraque potest esse quælibet; De prima ferè communis est opinio omnes sensus externos in homine, & in brutis esse ejusdem perfectionis essentialis, quia species, sensus illos non differre specie; sed tam humanos, quia species, sensus illos non differre specie; ut patet in Aristot. de Anim. 2. de An. dum de his sensibus agit, & Aver. qu. 11. sect. 4. omnes istas potentias sensitivas specie distinguunt ad distinctionem animarum, quibus alligantur; De secunda perfectione Tol. 2. de An. 4. 2. Cavellus in comment. ad qu. 6. de An. num. 6. Suarez lib. 3. de An. 2. 9. & alii sustinent omnes sensus absolute perfectiores esse in homine, quam in brutis; & ad communiter fulminari solent, hominem in sensu tactus, & gustus universaliter excedere omnia animalia, in cæteris autem excedi, & si non ab omnibus saltem à quibusdam.

220 Dilectum primò, sensus externos in homine, & brutis quandoque esse ejusdem speciei, quandoque diversæ; hæc conclusio colligitur ex Scot. 2. dist. 1. qu. 6. D. ubi ponit potentiam visivam ejusdem rationis in bove, & aquila, & prob. & explicat simul, nam sensus illi sunt quid integratum ex organo, & potentia animæ, tanquam ex partibus componentibus, ergo quando organa differunt specie, potentia completæ etiam differunt, videmus autem non semper in omnibus animalibus organa esse ejusdem speciei, ut in propriis locis adnotavimus, quæ diversitas non est accidentaliter in sententia nostra ponente formam corporeitatis in vivente, sed substantialiter. Quibusdamque verò organa sunt ejusdem rationis, & solum penes quedam accidentia differunt, ut in exemplo adducto de visis bovis, & aquilæ, utrobique enim organum videtur esse humor crystallinus, & in homine, ac in animalibus, ergo sunt ejusdem rationis, & perfectionis essentialis, patet consequi, quia nulla apparet ratio distinctionis, cum sint circa idem obiectum; solum ex hoc, quod ab animalibus specie distinctis derivant, possent species multiplicari; sed hæc ratio non urget, quia ut notat Doctor citat. non est necesse ponere tantam distinctionem in contentis, quanta reperitur in continētibus, & è contra, quod probat multis exemplis, & unitas enim potest esse in illis datur sententia continetur in lapide, & in homine, & tamen unitas lapidis non differt specie ab unitate hominis, & è lapis inter se, è contra potentia sensitiva, & intellectiva formaliter quæ specificè distinguuntur inter se, & tamen in eadem anima rationali identificantur; quæ ratio concludit, intellectum angelicum, & humanum specie non differre; & maxime in sententia. Averte diligenter potentia realiter ab anima hoc erit aliterandum, idem enim accidens specie potest à diversis agentibus produci.

221 An autem quando distinguuntur, non solum hæc distinctio attendi debeat penes organa, sed etiam penes potentias animæ periales, est dubium; nam ex uno capite apparet distinctio etiam inter potentias, quia fit diversis organa perunt, signum est distinctionis specificæ, ex hoc enim arguimus distinctionem animarum specificam; ex alio capite, quia identitatem est ordò potentie ad obiectum, quam ad organum, & istæ potentie habent idem obiectum, puta omnes potentie vivæ colorem, & lucem, omnes auditivæ sonum, & possent poni ejusdem speciei, ita ut inter potentias completas sit distinctio quædam specificæ materialis. Si teneatur primum, & ad identitatem obiecti dicendum, quod licet ex diversitate obiectorum rectè inferatur distinctio potentiarum, non tamen ex identitate obiecti inferatur distinctio potentiarum, ut diximus disp. 2. q. 4. Tum licet inferre identitatem potentiarum, non idcirco propter quod solum v.gr. ponitur obiectum adequatum potentie auditivæ in communi, quæ tanquam genus contineret sub se alias potentias specie distinctas, respectu quorum sonus in communi non erit adequatum obiectum, sed inadæquatum, & adesse aliqua differentia, quæ sonus attingitur ab una, & non ab alia, licet non agnoscat- ur à nobis.

222 Dicimus 2. perfectione accidentali, & ex conditionibus individuantibus desumpta hominem excedere bruta omnia in sensu gustus, & tactus, & fortè etiam in auditu, non tamen in cæteris; Probatur de tactu, quia hæc consistit in temperamento æqualis ad potestatem, primarium qualitatum, ut possit omnes excessus illarum percipere, unde quo magis tactus accedit ad qualitatem, eo perfectior est, constat.

stat autem carnem hominis præ cæteris magis accedere ad æqualitatem, ut diximus disp. 7. de Gener. qu. 4. idem probat. de gustu, quia tactus auditus est; & auditu quoque, nam quævis animalia quedam acutus audiunt, ut talpæ, at tamen non videntur percipere omnes soni differentias, & contentus multos ad amantem, ut facit homo, nisi velimus dicere in homine provenire ratione perfectioris sensus communis. In visu tamen patet, quod exceditur ab aquila, & lince, perfectissimus enim videtur, & remotus; in odoratu à vulture, & canis, qui tenuissimos quosdam odores percipit, & in majori distantia; Quod si dicas, bruta non percipere omnes differentias colorum, & odorum, sicut homo, & consequenter non excedere hominem simpliciter in his sensibus, sed secundum quid; sicut assumptum non facile probatur, nec etiam facile impugnatur; quod enim ajunt aliqui sensum tactus in homine esse perfectiorem, & consequenter, quia alii sensus possunt diversa temperamenta, in homine propter tactum non habebunt proprium temperamentum in perfectio statu; hoc parum urget, quia tactus in homine dicitur perfectior, non quia in omnibus partibus æqualiter vigeat, sed solum in pluribus, unde potest esse, quod in odoratu v. g. adit temperamentum conaturale, quod consistit in excessu siccitatis, & consequenter tactus in tali organo non fit ita perfectus. Nec ex alia parte negare debemus abolatè bruta percipere omnes differentias, si enim percipiunt tenuissimos odores, non est, cur nequeant alias differentias agnoscere, licet hoc nobis fit ignotum.

223 Dices sensitiva in homine, quia conjuncta naturæ rationali, est perfectior, quam in brutis, ergo etiam potentia sensitivæ. Tum quia simia in comedendo multum gesticulat, aranea levissimum muscæ motum percipit, ergo homo ab his exceditur in gustu, & tactu. Tum 3. bruta ex odoribus non capiunt dolorem, & delectationem vel saltem non ab omnibus, ut homo, in quibus evidens non tam perfectè illos attingere, ut homo. Resp. ad 1. neg. consequ. ex dictis in concel. præc. Ad 2. simia non ex majori gustu, sed ex levitate naturæ in comedendo gesticulat; aranea est in continuis excubiis ad capiendam prædam, ideo facilius percipit muscæ motum; tum quia motus ille non est ita levis, concutit enim totam telam, atque adeo araneam pulvis; tum quia perfectio tactus colligi debet in ordine ad primas qualitates, non ad motum. Ad 3. solum concludit sensus istos ex variis capitibus dici posse excedere, & excedi, perfectiores, & imperfectiores.

Quintò, examinandum occurrit, num sensus externi possint ferri in obiectum abiens, & solum in specie representatum. Affirmativam partem possibilem esse non solum supernaturaliter, sed etiam naturaliter, sustinet Burid. de Anim. qu. 21. & 22. communis recentiorum sententia cum limitat de potentia Dei aboluta, non naturaliter.

224 Nostra tamen sententia negat hoc fieri posse tam naturaliter, quam supernaturaliter, ut idem rationis, & solum penes quedam quædamque verò organa sunt ejusdem rationis, & solum penes quedam accidentia differunt, ut in exemplo adducto de visis bovis, & aquilæ, utrobique enim organum videtur esse humor crystallinus, & in homine, ac in animalibus, ergo sunt ejusdem rationis, & perfectionis essentialis, patet consequi, quia nulla apparet ratio distinctionis, cum sint circa idem obiectum; solum ex hoc, quod ab animalibus specie distinctis derivant, possent species multiplicari; sed hæc ratio non urget, quia ut notat Doctor citat. non est necesse ponere tantam distinctionem in contentis, quanta reperitur in continētibus, & è contra, quod probat multis exemplis, & unitas enim potest esse in illis datur sententia continetur in lapide, & in homine, & tamen unitas lapidis non differt specie ab unitate hominis, & è lapis inter se, è contra potentia sensitiva, & intellectiva formaliter quæ specificè distinguuntur inter se, & tamen in eadem anima rationali identificantur; quæ ratio concludit, intellectum angelicum, & humanum specie non differre; & maxime in sententia. Averte diligenter potentia realiter ab anima hoc erit aliterandum, idem enim accidens specie potest à diversis agentibus produci.

225 Contrà insatur multis experientis, quod possit fieri sensatio externa absente obiecto; nam ludicari ante necromantica per species à Demone impressas vident quæ præsentia, quæ re vera sunt ab eadem intuitivè cognoscunt per exteriorem sensum internum, rium habentes imaginantur se sentire per sensum exteriorem verè præsentia, quæ verè absente sunt, & ex vi fortis imaginationis verè in illis datur sensatio exterior circa absentia, & non existentia. Aspicitens Solem, vel fenestras cancellos, clausi deinde oculis adhuc cernit Solem ipsum, vel lumen, & tamen potest esse non præsens. Dum virga ignita velociter movetur in gyrum, apparet circulus igneus, fallitur intuendo rem alteram, quam re vera se habet, ut constat, tum in exemplis aliam, tum in exemplo de baculo apparente in aqua fracto, & de existente in navi, cui arbores in litore existentes moveri videntur, & dum quis compresso uno oculo obiectum duplicatum cernit, in his enim casibus, & similibus decipitur sensus, & datur cognitio intuitiva sine obiecto præsentè, ut percipitur, quia nec datur baculus fractus in aqua, nec motus in arboribus in litore existentibus, nec obiectum duplicatum.

226 Resp. negando exempla allata probare intentum, cum enim Necromantia oculos illud repræsentando quæ præsentia, quæ sunt abiens, hoc fit virtute Demonom, quædam corpufcula alpefula varias absentium figurarum ostentant (diximus enim supra num. 69. Maffei & Belluzi. De Anima. Tom. III.

colores etiam apparentes esse entitates reales à luce distinctas) & sui speciem visibilem ad sensum transmittunt. In somniantibus non operatur sensus exterior, cum in ejus ligatione somnus consistat, sed imaginativa, quæ absente tanquam præsentia imaginatur, eo quia cum sit materialis, non abstrahit à conditionibus individuantiis, sed solum à præsentia rei immediatæ, sic etiam in timidis, & debili sententio præditis absente sensibili reverè sensus exterior non operatur, sed imaginativa vehementer inclinata per speciem relictam ex vehementi motione sensus externi, per quam speciem etiam præsentitatis ipsa repræsentari potest, veluti obiectum cognitum. Ad id de Sole, cancellis, & virga ignita diximus n. 49. ubi etiam D. Aug. & Aristot. explicuimus. Verum etiam esse sensum læpibus decipi, & falli circa suum sensibile, sed ut advertit Doctor 1. d. 3. qu. 4. C. id non contingit circa obiectum ipsum secundum substantiam, quasi illud non attingatur, sed potius aliud loco ipsius, nam oculus verè videt baculum in aqua, arbores in litore, & obiectum, quod duplicatum apparet, sed deceptio contingit circa aliquam obiecti circumstantiam, puta quia non videtur in tali situ, nec in tali distantia, obliquo in medio, vel organo, & se habebit ut visio intuitiva confusa; de qua disp. seq. qu. 11. potest tamen in quibusdam casibus talis adesse in sensu illusio, ut revera per sensationem non attingatur obiectum, sed ejus species, quæ tunc redditur sensibilis ut quod, ut diximus de lumine intra oculum viso, & similibus n. 83. Rationes probantes posse hoc saltem supernaturaliter fieri, vide disp. seq. qu. 11. in fine.

227 Tandem quærit potest, supposito, quod obiectum sensibile debeat esse præsens, num necesse sit, sentiat, debeat existere divisibile modo, & extensio in verò sufficit, quod indivisibiliter, & inextensè existat, & specialiter dubitari solet de corpore Christi existente in Eucharistia, num possit percipi à sensibus, & licet de omnibus sensibus sit quæstio, proponitur tamen præcipue de visu, ex cuius determinatione deinde colligitur resolutio de aliis sensibus. Hæc quæstio est diversa ab illa, quam resolvimus disp. præc. qu. 3. examinando secundum conditionem obiecti sensibilis, ibi enim loquebamur de re in se spirituali, hic de corporali, ut existit sub modo spirituali.

228 Prima sententia affirmat Christi corpus posse oculo corporeo videri, ut in Eucharistia existens, non solum supernaturaliter, sed etiam naturaliter; ita Nominales in 4. d. 10. Secunda extrema negat posse videri tam naturaliter, quam supernaturaliter; Ita Riccard. 4. d. 10. art. 5. q. 1. Palud. & Capr. qu. ult. Hisp. q. 2. art. 3. Suarez 3. p. 10. 3. disp. 3. sect. 4. Beccan. de Sacram. c. 19. qu. 6. Ruvius de An. tract. de obiect. & spec. sens. q. 12. Tertia sententia media docet hoc naturaliter fieri non posse, sed bene supernaturaliter; hujus tamen auctores divisi sunt, nam quidam putant posse oculum corporeum supernaturaliter videre Corpus Christi, etiam ut sub modo indivisibiliter existit; est communis apud Thomistas, citatur etiam D. Bon. Alesius, Valdensi, & ex professo sustinent Valg. 3. disp. 191. cap. 2. & Joann. de Lugo de Sacram. Euchar. disp. 9. sect. 2. Alii verò adhuc distinguunt, negat enim naturaliter Corpus Christi videri posse in Eucharistia quocumque modo consideretur, ut supernaturaliter loquendo asserunt Corpus Christi, ut sub modo indivisibiliter existit, & recipiatur non posse videri, sed bene ut à tali modo præcindit, & quatenus habet esse exteriorem fundamentalem, & positionem de genere quantitatis, ita P. Faber in 4. disp. 44. Arret. d. 10. 9. art. 1. & ult. Maïron. d. 10. qu. 6. Bassol. d. 10. qu. 4. art. 3. & alii Scotistæ passim; utrumque modum tanquam probabilem amplectuntur Rubion. 4. d. 10. qu. 8. & Coninch. de Sacram. quæst. 76. art. 7. Rada tamen 4. p. controv. 9. art. 4. air posse Deum cautare visionem Corporis Christi in Eucharistia, non tamen per hanc posse oculum tendere in Corpus Christi, & ita explicat Scotum in 4. d. 10. qu. 9. Cavellus tandem disp. 2. de An. lect. 14. manet dubius.

229 Dicendum est, naturaliter modo Corpus Christi in Eucharistia posse videri, supernaturaliter autem neque videri posse, ut sub modo indivisibiliter existit; an autem ut à tali modo præcindit, possit videri, non est ita clarum. Prima pars, quod modo pacto naturaliter fit visibile, habetur à Scoto cit. & in 4. dist. 12. qu. 2. B. & prob. ab ipso; quia visio naturaliter fit per multiplicationem specierum ad modum pyramidis, cuius basis est in obiecto, & conus in oculo, ut diximus nu. 98. modo fit Corpus Christi naturaliter videri in Eucharistia possit, quia extra Hostiam non existit, an basis huius pyramidis non excederet quantitatem Hostiæ, & sic Corpus Christi naturaliter videretur sub æquali quantitate cum Hostia, & sphericæ figuræ, quod est fallum. Tum quia naturalis visio petit fieri ab obiecto per immisionem specierum in oculo, sed Corpus Christi existens in Eucharistia nequit species in oculo producere, ergo & min. probat, quia agens naturale, ut naturaliter agat, requirit conditiones naturaliter requisitas ad agendum, quarum una, & principalis est, quod sit naturaliter præsens, & approximatum passolocaliter, sed Corpus Christi in Eucharistia non habet conaturalem præsentiam, nec est oculo approximatum localiter, quia est ibi; non ut in loco naturali, ut notat Doctor d. citat. qu. 5. D. & qu. 6. C. & quæst. 7. B. Tum quia species naturaliter produci ab obiecto divisibiliter tota à toto obiecto, & pars à parte, & divisibiliter repræsentat obiectum, ergo nequit produci à Corpore Christi existente in Eucharistia indivisibiliter, nec illud ut ibi repræsentare.

230 Secunda pars, quod nec etiam supernaturaliter possit videri, ut sub modo indivisibiliter existit, est Scoti d. 10. qu. 9. cit. quam probat, quia Corpus Christi ut hic nequit esse terminus visionis corporalis, neque per miraculum, ergo & c. assumptum vobis, quia Corpus



per se, & directè cognoscuntur à sensibus externis, qualia sunt sensibilia propria, & communia, res insensate sunt, quæ ab externis non attinguntur, sed à solis internis, sub hoc genere continentur sensationes, tum internæ, affectiones rerum sensibilibus, & privationes, si hæc omnia ab interno sensu cognoscuntur, primò dicuntur sensate, quia à sensu interno non cognoscuntur, nisi prius ab externis non sentiantur, aliæ dicuntur insensate, quia immixtæ, & primò cognoscuntur ab interno sensu, non ab aliquo externis.

243 Quidam volunt ab interno sensu solum percipi sensu sensibilia externa loquendo de rebus ad extrâ, non autem affectiones, nec privationes, vel negationes, quidam (& est frequentior modus dicendi apud Thomistas, & Recentiores) concedunt percipi affectiones, & adhuc negationes. Quoad alterum genus percipi sensibilibus, est etiam dicitur, nam aliqui absolute negant, à sensu interno percipi aliquid solum sensibilem, sive externum, sive internum, alii admittunt solum de externis, alii concedunt de actu appetitivo, & negant de actu solum interni sensus; alii tandem etiam hunc cognoscit affirmant; Authores harum opinionum expressè non recensemus, quia esset nimis extensivum propter opinionum varietatem, videri possunt apud Doctores, inter disputandum tamen aliquos referemus, apud quos est adhuc alteratio, quomodo hæc omnia cognoscantur, si scilicet quodlibet percipiatur propria specie, an verò aliena.

244 Dicimus primò, sensum internum percipere quidem objecta sensuum externorum, non tamen ipsorum convenientiam, vel disconvenientiam, amicitiam, aut inimicitiam, & hoc primis actibus quod infra declarabimus.

Prima pars, quod objecta sensibilia externorum sensum percipiunt, est communis, & docetur à Scoto pluribus in locis præcipue 9.9. & 10. de An. & patet ex rationibus, quas adduximus in initio quæst. ostendendo dari sensum internum ex hoc, quod ponit, & cognoscit differentias inter omnia sensibilia externa. Tum quia intellectus non movetur immediate à sensu externo, sed interno, seu ab objecto ut cognito à sensu interno, ergo necesse est, sensum internum omnia sensibilia ab externis percipere; hæc enim ab intellectu cognoscuntur.

Secunda pars, quod non cognoscit affectiones insensatas primis actibus, seu amicitiam, & inimicitiam, convenientiam, & disconvenientiam, expressè docetur à Scoto 1. d. 3. q. 2. F. nec obscure colligitur ex 4. d. 45. q. 1. art. 1. tamque amplectitur Hurt. disp. 17. de An. sect. 8. hinc Cavellus super 9.9. de An. non Scotie loquitur, dum admittit magis probabiliter species rerum insensatarum in sensibus internis. Prob. autem, quia sensus internus v.g. ovis videndo lupum, vel percipit inimicitiam media specie sensibili ipsius lupi, vel media alia specie, vel abque ulla specie; non tertium, quia ad quamlibet cognitionem maximè sensitivam requiritur concursus objecti media alia specie, Non primum (quod asseritur à Suarez lib. 3. de An. c. 9. & Averia q. 71. sect. 2.) quia hæc species eisdem rationis est, ut existit in ovis, & in altero lupum, ergo si ex se est representativa lupi, ut disconveniens, non solum ovi talem representat, sed etiam alteri lupum, & quod falsum.

245 Respondent non necessariò speciem lupi representare lupum ut inimicum æstimativæ alterius lupi, sed æstimativæ lupi, sicut eisdem rationis cum æstimativa ovis, ratio est, quia cognitio ista non pendet totaliter à specie, sed requiritur insinctus naturæ, & quia alius est insinctus naturæ lupi, alius ovis, hinc est quod lupus sua æstimativa percipit alterum lupum ut inimicum per eandem speciem, per quam ovis percipit ut inimicum. Addunt Compl. disp. 15. de An. q. 3. hunc insinctum aliud non esse, quam radicationem potentie æstimativæ in hæc, vel illa natura, ratione cuius æstimativa v.g. ovis solum nata est percipere convenientiam, & disconvenientiam nature ovis, & hæc species solum recipere, unde species lupi nata est representare lupum, & convenientiam, & disconvenientiam, determinatur tamen ab æstimativa, quod scilicet cum æstimativa ovis representat lupum solum ut disconvenientem, quia hæc potentia sitante radicatione in tali natura, solum ut sic nata est percipere lupum, at cum æstimativa alterius lupi representat tantum ut convenientem, quia sic est perceptiva illius.

246 Sed insinctus iste, vel radicatione potentie in natura non est ratio, cur æstimativa non possit objectum cognoscere, sicut natum est à specie representari, nec potest determinare speciem, ut representet objectum hoc, vel illo modo, ergo si species lupi est representativa illius ut convenientis, vel disconveniens, cuiusque potentie eodem modo representabit, assumptum prob. insinctus iste non est aliud, quam naturalis sympathia, vel antipathia objecti cum natura, itaut quia natura lupi naturaliter est opposita nature ovis, non autem nature alterius lupi, idcirco æstimativa ovis apprehendit lupum ut disconvenientem, æstimativa alterius lupi ut convenientem, sed si hæc doctrina esset vera, sequeretur, quod quando objectum aliquod habet naturalem convenientiam cum duabus naturis specie diversis, ab æstimativa earundem deberet percipi ut convenientis, sed hoc est falsum ergo &c. sequela patet, falsitas, prob. nam multæ herbe sunt medicinales, & convenientes nobis & brutis, & tamen nos apprehendendæ speciem unius herbe ex istis experimur nullam percipere convenientiam, nec appetitum nostrum moveri ad prosecutionem, ergo nec in brutis movet species illa æstimativam illorum ad cognoscendam convenientiam, aliter deberemus ponere sensus internos perfectiores in brutis, quam in nobis, cuius oppositum omnes fatentur propter propinquitatem cum potentia intellectiva; idem de disconvenientia

dicendum, multa enim venena bruta refugunt, quæ nos minimè cognoscimus, quamvis eadem accidentia externis sensibus percipiamus. Accedit, quod colores, figura, magnitudo, vox, & accidentia externa lupi non sunt disconvenientia ovi, sed potius natura ipsius est disconveniens, sed species sensibilibus interno representat accidentia lupi, non naturam, ergo nequit representare disconvenientiam, maior patet, quia ut ait Doctor citat. si ovis mutaretur quoad accidentia externa in lupum, non idcirco esset alteri ovi disconveniens, & inimica.

247 Neque dici potest secundum, scilicet quod cognoscit media alia specie; vel enim illa species solum modaliter, vel realiter; quomodoque asseratur, semper erit periculi experientia in nobis, quod non percipimus talem convenientiam, aut disconvenientiam. Tum quia debet assignari causa producens talem speciem distinctam realiter à specie sensibili, vel modum huic superadditum, de qua causa malum laborat ad veritatem. Quidam enim apud Ruvium tract. de sensu internis q. 11. & tenet Arriaga disp. 5. de An. f. dicunt insincti à Deo, vel à principio generationis animalium, vel ad præsentiam objectorum, aut specierum sensatarum. Sed hic modus est omnino voluntarius, ut diximus disp. præc. num. 15. & seq. quia vel Deus hoc facit ut author nature, ergo non solum brutis, sed etiam nobis debet hæc species insensatas concedere, quas tamen non diximus liberaliter, & voluntas solum nobis innotescit per divinam Scripturam, nullam tamen reperitur in Scriptura sacra fuisse revelatum, Deum insinctum in æstimativa brutorum species insensatas. Quidam docent produci ab æstimativa mediis speciebus sensatis, quia in eodem objecto cognitio pura cognoscit superior potentia, quam inferior, ut patet de intellectu, & sensu, ille enim purus formalitates attingit in objecto, quam iste, sic æstimativa ovis à sensu communi recipit quandam speciem representantem accidentia externa lupi, virtualiter tamen, & quasi secundario, cum sit solum objecti, representat disconvenientiam, idcirco æstimativa ovis elicit speciem insensatam, quæ immediate concurrat ad cognitionem inimicitie. Quidam vocant quæ immediate concurrat ad cognitionem inimicitie, speciem insensatam, quæ solum ipsum producere hæc species abstrahere, vel in ipsa sensu cum æstimativa lupi, debet hæc species abstrahere, vel in ipsa objectum causare speciem insensatam, quod non experimur, & in casu objectum causare speciem insensatam non potest æstimativa elicere, & sufficere, inquit Doctor, species insensatas quia nec formaliter, nec virtualiter ibi reperitur, sicut nunquam potest inveniri thesaurus, quæcumque sufficiens sada, si prius in illo loco non extaret; neque potest ovis sic immutata talem speciem causare, quia verè non esset inimica; & tamen adhuc ovis metueret.

248 Notatur diximus, primis actibus, nam nequit negari potest notitiam aliquam experimentalem de aliquo objecto posse intrinsece apprehendere convenientiam aliquibus objectis, vel disconvenientiam, sicut canis fugit hominem tenentem baculum, quia ab illo fuit percussus, appetit cibum, cuius delectationem percipit, querit illum, & delectatur eidem locum quod facit beneficio memorie retinentis species tam objecti, quam actus sensationis, & delectationis, quibus species poterit interius sensu, vel æstimativa percipere suo modo convenientiam objecti, unde recedimus in hoc ab Hurt. absolute negante internum sensum posse convenientiam, vel disconvenientiam objecti percipere; quomodo autem se habeat appetitus in his primis actibus, dicemus in solutione objectionum.

249 Dicimus secundò, sensum internum aliquo modo percipere negationes & privationes, non tamen per species proprias insensatas; ita colligitur ex Scot. 1. d. 3. q. 3. K. præcipue in illa additione; quod cognoscit negationes, & privationes, patet, verè enim concipimus non videre in tenebris, imò ex tenebris ipsi incutitur horror quondam in nobis; bruta cognoscunt earentiam solorum, magnumque sentiant dolorem. Non tamen fit hæc cognitio per speciem aliquam representantem negationes, quia nulla poterit assignari causa huius speciei effectiva, non ipsa negatio, ut patet, cum sit ens, non affirmatio opposita, nam lux, vel species lucis nequit producere speciem representantem tenebras, quia nullum oppositum est productivum sui oppositi, neque sensus potest ab illis abstrahere hæc speciem, quia non est agens, neque talis species potest virtualiter in illis contineri, sicut continetur species intellectibiles in specie sensibili: Solum igitur cognoscit privationes ad quodam quasi divivivo per affirmativam docet Doctor 1. d. 23. D. & dicimus disp. seq. q. 6. art. 1. species igitur vituli v.g. in memoria existens movet sensum vacæ ad cognitionem, & appetitum ad amorem, & quia non adest cognitio visiva in oculo, hinc sensus communis cognoscit vitulum absentem, vel vitulum non esse præsentem, quæ cognitio est causa desiderii, quod est amor rei absentis. Quapropter non immediate sensus communis fertur in negationem, nam si nunquam præcessisset cognitio positivè oppositæ, non perciperet negationem, scilicet si vacca non habuisset cognitionem oppositam, non apprehenderet earentiam vituli, sed modò percipit, est vitulus non præsens, vitulum percipit per speciem in memoria relictam, absentiam, quatenus non habet actum vilionis in oculo, quem

quem prius habebat. Hoc autem non est intelligendum formaliter, ut verè advertat rationem futuri, præsentis, aut præteriti, sed materialiter, & confuso quodam modo.

250 Dicimus 3. sensum internum cognoscere actus sensuum æternorum, appetitus sensitivi, & probabiliter proprios actus, ita Scotus quod. 14. in fine d. 45. qu. 2. a. 1. ubi licet probabiliter pro utraque parte disputet, in fine tamen art. in partem affirmativam inclinat; idem habet q. 9. de An. elque commisit. De sensationibus externis prob. ex 2. de An. 145. & lib. 3. text. 31. patet etiam experientia, nam bruta potentiam habent memoratam, ut infra ostendemus, ad cuius actum requiritur non solum objecti cognitio, sed etiam perceptio actus externi; nam ut ait Doctor citat. recordatio est cognitio alius alicuius præteriti ipsius recordantis, unde non recordatur Petrum fuisse, nisi quia recordatur nos vidisse, vel nosse fuisse Petrum, ergo bruta habent per sensum internum percipere externas sensationes; hinc videmus quandoque amilla querere in eodem loco, ubi prius inveniebant, quod est signum recordari se in illo loco vidisse objectum, & de illo delectationem percipisse, esse desiderio cuius moventur ad inquisitionem; item quandoque appetunt actus alios quos externos elicere, ergo appetitus movetur ex cognitione illorum actuum, ut convenientium, hæc autem cognitio nequit esse, nisi interius potentie sensitivæ.

251 Sed dubium est, an cognoscatur illi actus distinctis speciebus ab illis, quibus objecta percipiuntur, non verè eadem species representent objectum, & actum externum. Cavellus in 9.9. de An. utramque partem problematicè defendit; communior opinio non multiplicat species, sed eandem sufficere ait pro utroque, sicut eadem species representat sensibile proprium, & commune; potestque lueri, quia ut vidimus disp. præc. qu. 5. art. 2. non sufficit obiectum ad causandam speciem in sensu interno, sed requiritur actus externi sensus, color enim potest causare speciem sui in dormiente oculis aperitis, nulla tamen species ob id imprimitur in sensu interno propter earentiam vilionis, cum igitur actus externus requiritur necessariò, videtur cum objecto integrare unam causam totalem productivam speciei in sensu interno, quæ utraq; habet representat. Tum quia postea una species ab altera separari, & sic v.g. remanere species actus sine specie objecti, unde postea heri recordatio actus sine objecto, quod videtur falsum. Hæc tamen rationes non multum valent, nam ex hoc quod requiritur externus actus, ut obiectum causet speciem sui in sensu interno solum insens, actum esse conditionem requisitum, non tamen causam speciei cum objecto. Nec secunda ratio valet, imò est ad oppositum, nam quandoque recordatur nos audisse aliquid ab aliquo, non tamen distinctè reminiscimur rei audite, quod est habere speciem actus, non tamen objecti, licet oppositum non accidat frequenter, imò nunquam, quod scilicet recordatur objecti, non actus, quia actus necessariò existit; nihil igitur determinatum ut id dici potest, licet probabilius, & Scoto conformis appareat esse distinctas species, quia sunt diversa objecta.

252 Tandem quod cognoscit actus appetitus sensitivi, & proprios, Probatur quoque experientia, nam nos, & bruta recordamur horum actuum, imò appetitus quoque delectationem sensitivam concupiscit, ergo fuerit propositi actus illi à potentia cognoscitiva interna; & valde urget ratio in sensitiva, quam art. sequentibus de unitate sensus interni, ut si enim negari nequit sensum esse supra actus reflexivum, ut cum recordamur non solum de objecto vivo, sed etiam imaginato. Nec refert, quod ait Ruv. tract. de sensu interno, quæ. 4. videlicet non esse inconveniens sensum per actum superiorem cognoscere alium inferiorem, licet eisdem potentie, sicut nec repugnat, potentiam superiorem percipere actum inferiorem potentiam, non verò poterit idem sensus per actum eisdem rationis alium similem cognoscere. Non valet, quia actus memorie est etiam reflexus super actum eisdem potentie, circa idem obiectum; hinc ait Doctor qu. citat. de anim. quod imaginatio sentit actum proprium, imaginatur enim nos imaginari, & imaginatos fuisse, & memoratur nos memoratos fuisse, & somniamus nos somnari; qui actus non sunt intellectus, ut asserbat Suarez lib. 3. de An. cap. 1. sed ipsius potentie sensitivæ, quia recordatio sæpius iterata cadit etiam supra actum recordationis præteritum, & dum somniamus nos somnari, ac somnia narrare, certè non est actus iste intellectus, cum terminetur ad idola jam imaginata, & simul à phantasia alia formetur idola. Quomodo autem possit quam ut colligitur ex Scot. citat. & Cavello ibid. actus sensus interni producat speciem sui ipsius in eadem potentia; & quamvis non accidat hoc in aliis potentis, ut visio non causat speciem transeuntis; oppositum tamen contingit in hac potentia, quod notum fit ex conjuncturis; & quia in ordine sensitivæ potentie est prima, & suprema.

253 Contra primam concl. arg. primò, quod non possit cognoscere sensus internum subiecta sensuum externorum, quia eisdem objecti essent due potentie distinctæ, quod est falsum. Tum 2. potentia cognoscens differentias aliorum comparat ea, quia differentia est quadam comparatio, sed sensus internum non est potentia colliativa. Tum 3. habitu differentie est eisdem relatio, quæ non est per sensibilibus, ergo &c. Tum 4. sensus internum omnia externa sensibilia percipit, ergo frustra darentur externi sensus, nam internum solum sufficeret. Tum 5. non videtur unam, & eandem potentiam posse tam diversa subiecta percipere, cum habeant tam diversos imputandi modos, tamque diversas animas dispositiones in organis, ut

difficiliter hæc omnia poterunt in unum coire. Tum 6. aptius poterunt omnes sensus externi simul cognoscere omnia externa sensibilia, eorumque differentias, quam sensus internum, iste enim debere pluribus actibus simul plura cognoscere, quod videtur excedere vires potentie sensitivæ; item simul debere cognoscere contraria, quæ omnia vitantur, si poneretur animal cognoscere externorum sensibilibus differentias non unico sensu interno, vel externo, sed pluribus externis simul.

254 Resp. ex Scot. citat. 1. non esse inconveniens de eodem objecto esse plures sensus subordinatos, ut sunt sensus externi, & internum, sed bene disparatas. Ad 2. sensum non percipere formaliter differentiam inter sensibilia, sed solum materialiter, quatenus percipit ea, quæ differunt, & rudi modo iudicat unum non esse aliud, ut dicemus. Ad 3. ex eodem sensu percipit differentiam materialiter, & in fundamento, quia percipit ea, quæ differunt, non formaliter, & secundum se. Ad 4. neg. seq. quia sensus internum non est immediate immutabilis sensibilibus externis, & quoniam hæc externa sensibilia sentiuntur ab interno, & externo sensu sensationibus diversis, non eisdem rationis. Ad 5. assumptum esse verum in ordine ad potentiam inferiorem non in ordine ad superiorem, & perfectiorem, ut patet in intellectu, qui omnia sensibilia cognoscit, intelligibilia. Ad 6. neg. assumptum. omnes enim sensus externi cognoscunt omnia sensibilia, vel non differentias illorum, quilibet enim percipere proprium subiectum, ponens enim differentiam inter duo oportet cognoscere utrumque; nec est inconveniens sensum internum posse plura simul cognoscere, hoc enim etiam externo convenit, & contraria, ut cum simul videtur album, & nigrum; neque movetur motibus contrariis, nam licet objecta sint contraria, sensationes tamen, sicut & species sensibiles possunt simul inesse, nec in toto rigore contrariantur.

255 Secundo arg. quod sensus internum cognoscit convenientiam, & disconvenientiam objecti, etiam primis actibus. Tum quia obiectum formale appetitus sensitivi quoad prosecutionem est bonum convenientis, quoad fugam est malum disconveniens, nec potest tendere in obiectum, nisi ut bonum, vel fugere, nisi ut malum, etiam in primis actibus, sicut volutas quocunque actu semper appetit obiectum, quia bonum, & respuit, quia malum: at cum fit potentia cæca, indiget potentia aliqua cognitiva ostendente rationem formalem obiecti, quæ est potentia sensitiva interna, ergo hæc etiam in primis actibus percipit convenientiam, & disconvenientiam obiecti. Neque dicas, fugere appetit moveri ex sola objecti apprehensione, quia posita movetur ex quadam insinctua nature, vel ad prosecutionem, vel ad fugam. Tum alia natura appetitus ex sua natura natus est moveri prævia cognitione obiecti, non ut sic, sed ut boni, & convenientis, ergo si posset operari absque cognitione bonitatis, & convenientie obiecti posset quoque operari absque noticia obiecti in se, nam tam illud, quam illud est contra ipsius naturam. Tum quia natura non deficit in necessariis, in casu deficeret, quia si feris non perciperet lupum ut inimicum, non fugeret ab illo, & sic periret; rursum ad suam Dei providentiam spectat tribuere unicuique proprium operandi modum, sed appetitui sensitivo competit operari ex prævia cognitione formalis obiecti, ergo &c.

256 Resp. non esse novum in natura aliqua fieri ex naturali antipathia, vel sympathia non solum in animalibus, sed etiam in insensatis, magne naturaliter attrahit ferrum, ad præsentiam alii, aut ad amantem impeditur, sed præcipue in animalibus hoc evenit, nam quandoque visio obiecto, absque eo quod percipiatur rationem convenientie, naturali quadam sympathia amorem afficimur, vel antipathia odio habemus; quandoque ex insolito quodam clamore, ac inopinato perhorrescimus, & timemus, & tamen in illo clamore nulla ratio disconvenientie percipitur, quia verè nulla est; quapropter idem erit dicendum in brutis, quando operantur primis actibus, scilicet moveri ex simplici apprehensione obiecti insinctua nature, ac Deo dirigente ut in primis omnia causa; cum dicitur obiectum formale appetitus esse bonum convenientis, quod debet cognosci; respondemus sufficere, quod cognoscatur materialiter, id est res convenientis, non formaliter, ut convenientis, & utroque modo appetitus sensitivus natus est operari; in autem idem fit dicendum de voluntate, sicut videtur enim quod sicut cognitiva potentia illam dirigens, qualis est intellectus, est perfectior sensitiva, volens ex ætateingere convenientiam formaliter, pariformiter voluntas videtur operativa ex motivo bonitatis formaliter cognite; unde ad primam impugnationem negamus operari ex simplici apprehensione obiecti, quia bonitas materialiter cognoscatur, esse contra naturam appetitus, ut patet ex adductis exemplis.

257 Ad 2. neg. naturam in casu defecere in necessariis, quia indidit insinctum, & inclinationem; ut v.g. ovis ad visum lupi statim moveatur ad fugam; nec est novum, ut v.g. ovis ad visum lupi statim dirigat Deo ut auctore nature, & operari ex insinctum, non ex prævia cognitione convenientie obiecti; videmus enim canes, statim ac sunt geniti, mamillas querere; quarum tamen nullam habent cognitionem externam expressam, & distinctam; deinde si necesse erit, ad expurgandum ventrem herbas querunt ipsi primò ignotas; si venatici sunt, licet nunquam lepores viderint, adhuc semitas querunt. Nec est dicendum tunc à Deo insincti species quadam insensatas, ut probavimus; quare remaneat, ut ex solo nature insinctua operentur, posita obiecti convenientie apprehensione licet non ut convenientis formaliter apprehensi; unde dici solet, bruta ex se non operari formaliter propter finem, sed materialiter, quod totum innotescit nobis à posteriori per experientiam maximè in nobis, ut ostendimus supra. P.